



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

Henricus <Herpius>

Coloniæ, 1611

De experientia nostræ patientiæ: quæ probatur & exercitatur à proximo
per iniurias tam verborum, quàm operum. Cap. LXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37362

re, & cunctis mentis motibus ex virtutum arce dominari? Qui igitur patientiam tenet, animam possidet: quia inde contra cuncta aduersa fortis efficitur, unde sibi semetipsum vincendo dominatur. Mens autem, secundum Gregor. si in Deo forti intentione dirigitur, quicquid sibi in hac vita amarum sit, dulce aestimat, & omne quod affligit, requiem putat. quia vitæ præsentis amaritudines ardentè amat, & funditus in infimis extingui desiderat, quò verius ad summa concedat.

De experientia nostræ patientiæ: quæ probatur & exercitatur à proximo per iniurias tam verborum, quàm operum.

Cap. LXXIII.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Cantic. 2. Quali diceret Christus. Sicut ego, qui sum flos campi, & lilium conuallium, fui inter Iudæos, Scribas & Phariseos multa passus, sicut lilium inter spinas, cum patientia tandem portans Crucem, & coronam spinam; sic anima sancta, quæ vult esse amica mea, esse debet inter filias, id est, fragiles peccatores, ad bene operandum, & voluntariè sustinendū; quia, ut ait Gregorius, Abel esse renuit, quem Cain malitia non exerceat; & bonus non fuit, qui malos tolerare non potuit. Sicut ergo lilium inter spinas crescit, & punctum redolet, sic amica mea inter filias, id est, mentes seculares proficit, & per iniurias puncta, gratias agit. Nā, secundum Bernardum, spina est culpa, poena iniuria, falsus frater, & malus vicinus. Istis spinis mundus est plenus: inter quas amica viriliter resistendo, seu patienter sufferendo, conuersari habet, ut ex utroque crescat & redolet.

Hic igitur secundo loco videndum est de his, quæ malitia cooperate humana, boni patiuntur, ut quasi lilium inter spinas inueniantur, & in exhibitione patientiæ diuinæ dilectionis plenitudinem manifestius habere comprobentur. Nam etsi probatio dilectionis est exhibitio operis, probatio tamen multo validior est sustinentia tribulationis. Hinc eodem amoris affectu, quo milit Deus Pater Unigenitū ad patiendum pro nobis, vult etiam adhuc pati dilectos suos, ut gloria filialis excellentius participes fiant. Quòd si pati non fuisset maximum in merito, nunquam illud ex obedientia imposuisset proprio Filio. Tantam proinde Philosophi iudicabant esse patientiæ virtutē, quòd (ut legitur lib. 3. de nugis Philosophorum) Socrates negat sapientem posse offendi, sed aduersus omnem fortunam robore virtutis suæ

Vv 3 manere

Patentia
vis.

Inuriam
fieri bifa-
ziam.

manere immobilem. Verus igitur & perfectus patiens non solum obliuiscitur iniurias, sed etiam se recepisse iniurias negat: quia profecto sunt adiumenta potissima perueniendi ad culmen omnis perfectionis, & aeterni honoris. Nihil enim sic induit hominem perfectam Christi formam, sicut amorosa & tranquilla in omnibus aduersis patientia: quae cunctas virtutes ornat, & intuto collocat. Est enim haec vltima & summa virtutum, quae rectificat hominem ad proximum, cum scilicet iniurias patienter accipit, & inferentes viscerosè diligit. Notandum igitur, quod à proximo quis suscipit iniurias duobus modis. Primum, verbis detractorijs vel contumeliosis, quia Augustinus ait: Cum ceperit homo Christianus cogitare proficere, incipit pati linguas aduersantium. Quicumque illas nondum passus est, nondum proficit. Quicumque illas non patitur, nec proficere conatur. Et ideo dicit Seneca libro de moribus: Nondum felices, si te turba non deriserit. Si beatus vis esse, cogita hoc primum contemnere ab alijs contemni. Huius ratio est, quia malis semper odiosa est vita bonorum: & quem Deus commendat, praeuorum sermo blasphematur. Hinc Diogenes, cum ei nuntiaisset amicus Te cuncti amici vituperant. Oportet, inquit, sapientiam ab insipientibus ferri, esse enim meliorem indicat mala lingua, quem carpit. Unde dicit Petrus Rauē. quod virum fortem excitat ad exercitium virtutis alieni liuoris aculeus, nec meatu oculos torpere permittit inuidia detractorum. Et ideo, ut dicitur, sexta quaest. primo ca. Oues: Ipsa detractio, licet vitio detrahentium, tamen iusto Dei iudicio non nunquam aduersus bonos excitatur, ut quos vel domestica praesumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet, & magis cautos reddat. Sicut enim ut dicit Alexander de Hales, per adulationem mentis oculi clauduntur & excaecantur, ita per detractioem aperiantur & illuminantur. Diligenter enim perquirat, si quid in eo sit reprehensibile, quod emendet. Quapropter dicit Gregorius super Ezechielē, quod linguas detrahentium, sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant, ita per suam malitiam excitateas debemus aquanimiter tolerare, ut meritum nobis crescat. Quod eleganter etiam compleuerunt plurimi Gentiles. Nam Anrithenes cuidam maledicenti respondit. Non curo, quia auditus debet esse robustior lingua, cum singulis hominibus singulae linguae sint, sed aures binae. Et Xenophon Philosophus cuidam sibi maledicenti: Tu inquit, maledicere didicisti, & ego, conscientia teste, didici maledicta contemnere. Theodolus

doſius autem Imperator legem ſtatuit, dicens: Si quis nomina no-
 ſtra crediderit eſſe maledicto lacellenda, nolumus eum pœnæ ſubia-
 cere: quia ſi verbum ex verbi leuitate proceſſit, contemnendum eſt:
 ſi ex inſania, miſeratione dignum eſt: ſi ex iniuria & certa malitia, re-
 mittendum eſt, dicente Apoſtolo: Simus *benigni inuicem* remittentes. Ephes. 4.
 De eodem etiam refert Ambroſius, quòd beneficium ſe reputabat ac-
 cepiſſe, cùm rogaretur ignoſcere. Et tunc propior erat venia, cùm eſ-
 ſet commotio maior iracundiæ: & optabatur in eo quod timebatur in
 alijs, vt ſcilicet iraceretur. Hoc erat remediũ reorum: quoniam cùm
 haberet ſuper omnes poteſtatem, quali parẽs poſtulari malebat, quàm
 quali iudex punire, æquitatis iudex, non pœnæ arbiter, qui nunquam
 veniam perenti negauit, nec indignationẽ tenere voluit. Pudeat fra-
 tres tantam patientiam non imitari, pudeat proprijs paſſionibus vin-
 ci, pudeat ad vindictam protinus inſanire, præfertim, quia dicit Gre-
 gorius: quòd in omnipotenti Deo tunc certa fiducia eſt, quando cunctis
 bono opere aduerſitatis aliquid in hoc mundo recipitur, vt plena mer-
 ces in æterna retributione ſeruetur. Pia mens, cùm ſe aduerſa perpe-
 triã hominibus conſpicit, tunc in diuinæ gratiæ conſolatione requi-
 eſcit. Nam aduerſa tolerare ſapienti virtutis eſt exercitium, inſipienti
 verò præuaricationis occaſio eſt. Et quia corporis aduerſa ſunt ani-
 mæ remedia, ideo ſancti viri plus formidant proſpera, quàm aduerſa:
 quia Dei ſeruum proſpera deijciunt, ſed aduerſa frequentius eru-
 diunt. Secundò, quis à proximo ſuſcipit iniurias factò, quia cùm ini-
 uſti ſeuiunt, tunc iuſti purgantur, & vtilitati innocentium militat vi-
 taprauorum, dum hanc & premedo humiliat, & humiliandò ſem-
 per ad meliora format. Hinc rectè per Salomonem dicitur: *Qui ſtul-*
us eſt, ſeruiet ſapienti. Nam ſæpe conſpicimus ſapientes ſubelle, ſtultos
 autem arcem dominationis tenere: Sapientes ſeruiliter obſequi, ſtul-
 toſelatione tyrannica dominari. *Stultus* ergo *ſapienti* etiam dominã-
 do ſeruiet, cùm eundem ad meliorem ſtatum premedo prouehit.
 Sicque Deus omnipotès eos hic per diſciplinam premit, quos ab æter-
 na calamitate poſtmodũ eripit. Hinc vnulquiſque colligat, quid illic
 paſſuri ſint, quos reprobat; ſi taliter hic cruciat quos amat. Ergo ó ho-
 mo, iuxta conſiliũ Senecæ, noli mala & aduerſa tua tibi ipſi grauiora fa-
 cere, & te querelis onerare. Leuis enim omnis dolor eſt, ſi nihil illi opi-
 nio adiecerit. Leuẽ enim dolorẽ facies, ſi leuem putes. Quod acerbum
 fuit, iucundum eſt pertuliſſe. Naturale enim eſt mali ſui fine gaudere.

Vir autem bonus, quicquid ei acciderit, æquo animo sustinebit. Sciet enim illud sibi accidisse lege diuina, qua vniuersa procedunt. Vnde refert Seneca de quodam Philosopho capto: Qui cum interrogaretur: An aliquid perdidisset? Nil, inquit, quia omnia mea mecum sunt: cum tamen eius patrimonium in prædam cesserat, filios & filias hostis rapuerat, patria in alienam dominationem peruenerat, & tamen vrbè capta, non vincitum sed indemnem esse dicebat, quia vera bona sua ut virtutes & bonos mores secum habuerat. O si talis inuenitur gentilis, quid tunc faciet Christianus? cui consultum est exteriora cum seipso contemnere, & inimicos persequentes viscerosè diligere? cum & huiusmodi persecutiones & tribulationes amicis suis Deus indulgeat: quia, ut dicit Abbas Isaac, tribulatio parua pro Deo patienter accepta, melior est magno opere, quod perficitur sine tribulatione.

Patientiam perfectam efficiunt vera contemplatio & perfecta dilectio Conduoris; ut exempli beati Andreae pater.

Cap. LXXV,

Psal. 119.
Psal. 37.

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Audi lilium inter spinas: Cum his qui oderunt pacem, eras pacificus. Et iterum: Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolo: tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus non audivi, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, &c. Et hoc Seneca commendare videtur, dicens: Nemo videtur mihi plus æstimare virtutem, nemo magis illi esse deuotus, quam qui boni viri famam perdidit, ne conscientiam perderet. Felix proinde qui facit de necessitate virtutem, in aduersitatibus exhibendo patientiam, præsertim propter

Iacob. 1.

futuri præmij eminentiam: quia talis probatio patientiæ operatur: patientia verò perfectum opus habet: quia vera perfectio consistit in plena mortificatione naturalium passionum, ad quas conculcandas maxime iuuant, aduersitates. In cuius figura dicitur in Genesi: *Multiplicatae sunt aquae, & eleuauerunt arcam in sublime.* In aduersitatibus enim homo sublimatur perfectione meritorum & contemplatione, si cum pleno fuerint affectu receptæ. Cōtemplatio verò potissimè dulcorat omnem aduersitatem. Dicit enim Bernardus: Videbatur mihi si ille mentibus nostris veritatis fulgor appareret, aut non sensurum fuisse illum dolorem, aut certè pro nihilo toleraturum. Nimirum cum in contemplatione charitas intensissima conquiratur, quæ cuncta amara pro

Gene. 7.

in contemplatione charitas intensissima conquiratur, quæ cuncta amara pro

Cōtemplatio in aduersitate.